paꝛs ægypti ĩ arabia uergens gignit fruticē quem aliqui goſſipion uocant.plures xyliō:& ideo lina ĩ
de facta xylina.paruulus eſt:ſimileq; barbatæ nucis defert fructū.Cuius ĩexteriore bōbice lanugo ne
tur.Nec ulla ſunt eis ĩ cādore molicia ue ꝑferenda:Veſtes īde ſacerdotibus ægypti gratiſſimæ. Quar
tum genus orthominū appellāt.Fit paluſtri uelut harūdine duntaxat pānicula eius aſia egeniſta fa- ortholi
cit lina ad retia ꝓcipua:in piſcādo durantia frutice madefacto.x.diebus Aethiopes indiq; emalis.Ara non
bes cūrbitis ĩ arboribus ut dixius de geniſtis.Apud nos maturitas eius duobus argumentis intelligi
tur:ītumeſcēte ſemine:aut colore flaueſcēte.Tunc euulſum& ĩ faſciculos manuales colligatū ſiccatur
in ſole pendens cōuerſus ſuperne radicibus uno die:mox quiq; aliis in contrariū inter ſe uerſis faſciū
cacuminibus ut ſemen ĩ mediū cadat.inter medicamina huic uis:& ĩ quodā ruſtico a prædulci italiæ
tranſpadane cibo ſed iā pridem ſacrorum tantum gratia.Deinde poſt meſſem triticeā uirge ipſe mer
guntur ĩ aquā ſolibus tepefactam:pondere aliquo depreſſe.Nulli enim leuitas maior: Maceratas in-
dicio eſt mēbrana laxatior.iterūq; uniuerſæ:ut prius ſole ſiccātur.Mox areſactæ ĩ ſaxo tundūtur ſtup
pario malleo.Quod ꝓximū cortici fuit ſtuppa appellatur:deterioris lini:lucernaꝝ fere luminib⁹ apti
or.Et ipſa tñ pectitur ferreis ahenis:donec oīs membrana decorticetur.Medullæ numeroſior: diſtin
ctio candore:mollicia.Linūq; nere & uiris decorum eſt:Cortices quoq; decuſſi clibanis & furnis præ Hamis
bent uſum.Ars depectēdi digerēdiq; iuſtum eſt e quinquagenis faſcium libris quinas denas carmina
ri.iteꝝ deinde in filo politur illiſum crebro in ſilice ex qua.Tectumq; rurſus tunditur clauis: ſemper
iniuria melius.inuentū iam eſt etiam quod ignibus nō abſumeretur.Vinū id uocant:ardenteſq; info
cis conuiuioꝝ ex eo uidimus mapas ſordibus exuſtis ſplendeſcentes īgni magis q̄ poſſent aquis. Re
gum īde funebres tunice corporis fauillā ab reliquo ſeparant cinere.Naſcitur ĩ deſertis aduſtiſq; ſole
indiæ:ubi nō cadūt hymbres:inter diras ſerpentes:aſſueſcitq; uiuere ardendo.Raꝝ inuentu: difficile
textu pp breuitatem.Ruffus de cætero colos ſplendeſcit igni.Cum inuentum eſt æquat precia excel
lentium margaritarum.Vocatur autem a græcis aſueſtinum ex argumento nature.Anaxilaus auctor
eſt:lintheo eo circūdatam arborē ſurdis ictibus & qui non exaudiantur cædi.Ergo huic lino pricipa
tus intoto orbe.proxius biſſino:mulierum maxime deliccis circa elim in achaia genito:quaternis de
nariis ſtipulla eius permutata quondā ut auri.Repertaq; lintheorum lanugo e uillis nauium maritia
rum maxīe ĩ magno uſu medicine eſt:& cinis ſpodii uim habet.Eſt & inter papauera genus quoddā
quo candorē linthea precipuum trahunt.Tentatum eſt tingi linum quoq;:& ueſtium inſaniam acci-
pere in alexandri magni primū claſſibus indo amne nauigantis:cum duces eius ac præfecti ĩ certami
ne quodā uariaſſent inſignia nauium.Stupuerūtq; littora flatu uerſocoloria ĩplēte.uelo purpuro ad
accium cum.M.Antonio Cleopatra uēit:eodemq; effugit.Hoc fuit imperatoriæ nauis īſignæ poſtea
in theatris tantum umbram facer̃.Quod primus omnium ĩuenit.Q .Catulus cum capitolium dedi
caret Carbaſina deinde uela prius in theatro duxiſſe traditur.Lentulus Spinter appollinatibus ludis.
Mox Cæſar dictator totū forum romanū intexit:Viamq; ſacram ab domo ſua ac cliuum uſque inca-
pitolium:quod numere ipſo gladiatorio mirabilius uiſum tradunt. Deinde & ſine ludis Marcellus. Ad cli
octauia ſoror̃ Auguſti genitus ĩ ædilitate ſua auunculo.xi.Conſule Calen.Auguſti uelis forum um- uum
brauit:ut ſalubrius litigantes conſiſterent.Quantum mutatis moribus Catonis .Cenſorii q̄ ſternen- uſq;capi
dum quoq; foꝝ muricibus cenſuerat.uela nuper color̃ celi ſtellata p rudētes terræ etiam in amphi- toli
theatris pricipis neronis rubenti cauis ædium & muſcum ac ſolem defendūt.Cætero manſit cādori num
ptinax gratia.Honor etiam & troiano bello. Cur enim non & prœliis interſit.ut naufragiis. Thora
cibus lineis paucos tñ pugnaſſe teſtis eſt.Homerus.Hinc fuiſſe & nauium armamenta apud eundem
interpretati ſunt eruditiores quoniam cum ſparta dixit ſignificauerit ſata.

¶ De ſparti natura: & quando primum uſus eius.& quomodo perficiatur:& quae ſine radice naſcā
tur:& uiuant. cpa.ii.

Sparti quidē uſus multa poſt ſecula cœptus eſt.nec ante pœnoꝝ arma que primum hiſpa-
nie ĩtulerunt.Herba & haec ſponte naſcens:& que nō queat ſeri:iuncuſq; proprie aridi ſoli
uni terre dato uitio.namq; id malum telluris eſt:nec aliud ibi ſeri aut naſci poteſt.in africa
exiguū & ĩutile gignitur.chartaginenſis hiſpanie citerioris portio.nec haec tota:ſed quatinus parit
montes quoq; ſparto operit.Hinc ſtrata ruſticis eorum:hinc ignes faceſq;.hic calceamina & paſtoꝝ
ueſtis:animalibus noxiū ꝓterquā cacuminum teneritate.Ad reliquos uſus laborioſe euellir̃.ocreatis
cruribus manibuſq; tectis manicis conuolutum oſſeis ligneis ue conamentis.nunc iam in hyemem
uix.Facillime tamē ab idibus maiis ĩ iurias hoc maturitatis tempus.uulſum faſcibus ĩ aceruo aduna
tum biduo tertio reſolutū Spargūtur ĩ ſole ſiccaturque: & rurſu in faſcibus redit ſub tecta poſtea ma
ceratur aquā marina optime ſed & dulci ſi marina deſit.Siccatumq; ſole iterum rigatur:ſi repente ur
geat.deſiderium pfuſſum calida in folio:ac ſiccatum ſtans compendium oper̃ fatetur.Hoc autem tō
ditur.ut fiat utile precipue in aquis:marique inuictum In ſicco preferunt & canabi funes.Et ſpatiū

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id469601345/295
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
FREIBERG